DISPUTATIO MEDICA

DE

DYSENTERIA PUTRIDA.

DISPUTATIO MEDICA INAUGURALIS,

DE

DYSENTERIA PUTRIDA,

QUAM,

ANNUENTE SUMMO NUMINE,

Ex Auctoritate Reverendi admodum Viri,

GULIELMI ROBERTSON, S.S.T.P.

ACADEMIÆ EDINBURGENÆ PRÆFECTI;

NEC NON

Amplissimi SENATUS ACADEMICI *consensu,*

Et nobilissimae FACULTATIS MEDICÆ *decreto;*

PRO GRADU DOCTORATUS,

SUMMISQUE IN MEDICINA HONORIBUS ET PRIVILEGIIS,
RITE ET LEGITIME CONSEQUENDIS;

Eruditorum examini subjicit

CHRISTOPHORUS DOUGLAS,
BRITANNUS.

Ad diem Maii, hora locoque solitis.

EDINBURGI:
Apud R. FLEMING et P. NEILL.
M,DCC,LXVI.

DIGNISSIMIS ET VERA AMICITIA SPECTATIS VIRIS

JACOBO DAUSON, JACOBO BRUCE,

PRYSIO DONALDSON,

VADIO TOBIAE CAULFEILD,

BRITANNICIS CENTURIONIBUS

OMNIBUS,

SUO ANIMO QUI ET FUERUNT SEMPER, ET

SEMPER ERUNT CARI,

HOC LITERARUM MUNUS,

MILITARIBUS VIRIS,

MONUMENTUM ET PIGNUS AMORIS,

SACRUM VOLUIT

CHRISTOPHORUS DOUGLAS

CHRISTOPHORUS DOUGLAS,

JACOBO CRAUFURD,

TERTIAE COHORTIS REGIORUM SATELLITUM CENTURIONI

Salutem plurimam dicit.

CUM tui meus amor, tum patrui tui Crafordii ducis, publico commodo et privato ſuorum omnium, quos egregia benevolentia complexus eſt, immatura et miſeranda morte erepti, charitas fecerunt; ut te non natura, quam morum et animi ſimilitudine, ei propinquiorem, quaſi pro ipſo illo habuerim; quaeque ipſe vivus auditurus fuit, ut ejus nomine audires, oraverim. Accipe igitur, quaſi tu ea contuliſſes, multorum ejus in me collatorum beneficiorum grati animi teſtimonium; accipe veras et ſine fuco laudes,

des; ipſe in cari capitis memoriam mecum revocare; uterque piorum animorum "donis" merentis "animam "adcumulemus, et fungamur inani mu-"nere."

DISPU-

DISPUTATIO MEDICA

DE

DYSENTERIA PUTRIDA.

DYSENTERIA PUTRIDA, quam morbi ſpeciem tractaturus ſum, exeunte fere aeſtate, vel ineunte autumno, in regionibus ſeptentrionalibus per populum graſſari incipit; eoque magis, ſi ardores modo praeceſſerunt, et coelum vel imbres, pluviaeque, vel frigora, praeſertim matutina et veſpertina, mutabilius reddiderunt. Contra in plagis terrarum calidioribus, nullo ſaepe diſcrimine per omnia anni tempora ſolet apparere. Dyſenteria quo tempore incidat;

HIC morbus febris, ſed ſingularis naturae, eſſe videtur; adeoque prima ejus aliorum morborum acutorum ſignis haud diſſimilia pleraque ſe oſtendunt; quae, utique ita ut apparent, ordine narrabo. ejuſdem communis natura,

ADVENTANTE morbo, totius corporis laſſitudo eſt, interdum vertigine rapi caput videtur, vel variique affectus.

hoc

hoc ſicut et tergum dolent. Praeter ſolitum ventriculi regio tumeſcit, ipſe mordetur, ructus hominem, et ſaepe nauſea male habet, quam aliquando flavae, viridis, vel ſubrubrae materiae vomitus, ſubſequitur.(*a*) Ad haec pulſus arteriarum citati, cutis ſiccitas, ſitis, et horrores, accedunt. Atque haec fere per unum alterumve diem, ita ſeſe habent.

Nonnunquam, ſed rarius, nihil horum praeter pulſus citatos ac nauſeam incidit, et vera morbi facies ſubito ſe profert. Dolor et tormina, a ſuperiore abdominis parte incipientia, paulatim ad inferiora Coli et Recti loca cum murmure decidunt; moxque copioſa et coloris varii, modo liquidiora, modo craſſiora, interdum ſtercoris ad naturam, ſaepius ad bilis propius accedentia, alvo redduntur. Haec licet primo quoque tempore crebra ſint, tamen ſine multo dolore efferuntur.

Neque vero hoc diuturnum eſt: Secundo enim circiter die, vel etiam maturius, teneſmus invadit; quo malo neque moleſtius, neque dolentius, quicquam eſſe poteſt; nam, poſt hoc tempus, conſtans cupiditas deſidendi eſt, quae nunquam non tormina, praeſertim homine deſidente, et vehementer deorſum premente, adauget. Quae alvo

(*a*) Baker, p. 19.

vo reddi magna copia dicta ſunt, ea et minus copioſe paulatim poſt ſecundum diem redduntur, et naturam priorem mutant, neque tamen ullam ſpeciei aut figurae aequalitatem ſervant, varieque a ſcriptoribus variis memorantur. Frequentia ſunt, et maxime ſpumeo muco, modo ſanguine, modo bile, et ſanguinis aliquantulo admixtis, conſtantia. Aliquando idem hic ſpumeus mucus, nulla re admixta, pallidam ſeu lutulentam flavedinem repraeſentat. Ipſe ſolum ſanguinem ita vidi, ut muci fruſtulis quaſi interſtinctus videretur. Vir clarus PRINGELIUS (*a*) poſtero die, vel brevi poſt, alvum exiguam, aquoſam, et limoſam eſſe, torminibus et teneſmo comitantibus, contendit. RUPIUS (*b*) eandem paulatim liquidiora dejicere, vel quaedam carnis lotionibus haud abſimilia, exprimere teſtatur. Idem ſanguinis excretionem in febris modo conſiſtere, et niſi haec vehementior fuerit, illum per dies aliquot non eſſe appariturum, confirmat.

NONNULLIS, poſt hoc tempus, perque totum morbi curſum, quoties alvus purgatur, dura ſtercoris fruſtula avelluntur. Poſt idem tempus, ſed ſaepius, morbo jam inclinante, pinguia quaedam, caſei fruſtulis haud diſſimilia, erumpunt; quibus elapſis, urgentia mala aliquamdiu levantur. Levantur

(*a*) P. 235. (*b*) P. 213.

vantur quoque, ſi quando vermes rotundae, ſive ſupra, ſive infra, (nam utrumque interdum fit), e corpore prorepunt.

Prout morbus procedit, ita et numero et vi omnia increſcunt: Ad ſupra enim memorata accedunt anus procidens, urinae difficultas, eadem vel rufo vel alto colore exiens, urethram pungens, et aliquando exiguum aliquid, caſae reliquiis ſimile, ad imum vas praecipitans. Lingua rubeſcit, et pro majore aut minore febris aut putredinis vehementia, ſaepe vel albo flavoque muco, vel ſordida atra cruſta ita obducitur, ut vox nihil ſignificet: Tum cutis caleſcit, vigilia et anxietas, ſummum cibi faſtidium, ſumma imbecillitas, ſuperveniunt.

Haec modo dicta mala per totum morbi curſum manent, donec hic vel ad ſalutem inclinet, vel, deficiente natura, etiam in pejus omnia ruant. Si ſalus futura eſt, nihil novi addetur; ſi mors expectat miſerum, per novas et majores turbas uſque eum rapiet. Reſtat igitur altera pars graviorque dicenda, ad quam proxime tranſeundum eſt.

In hac parte cum aliae moleſtiae, tum tormina et teneſmus augentur. Hujus autem violentia, uſque adeo extremum Rectum protrudit, adeoque

tumefactum

tumefactum inflammat, ut hoc, ſine ſummo dolore, nihil intro accipiat. In eadem quoque parte filamenta inteſtino, atque etiam totam interiorem tunicam abraſam, medentes obſervarunt. (*a*)

Jamque omnia mala febrilia mirum in modum intenduntur, arteriarum pulſus creberrimi ſentiuntur, cutis ardor manu exploratus punctiones quaſi repraeſentat; ſentitoque aeger extrinſecus frigore omnia intus ardere conqueritur: Summam anxietatem, ſummam circa praecordia gravitatem, animoſque depreſſos, tolerat. Quin et robur adeo fractum eſt, ut deſidentem anima ſaepe deficiat. Dejectiones frequentiſſimae aliae alias excipiunt; quodque alvus reddit, id acre, ſanioſum, male olet; interque exeundum, ut homini ardere Rectum videatur, facit. Sydenhamus (*b*) ſincerum ſanguinem, ne muco quidem intermixto, largiore copia ſingulis conatibus effluere obſervavit.

Porro licet magna aëris vis exeat, tamen hic a putrida materia, inteſtinis concluſa, cito renatus, tormina cum murmure prope aſſidua reddit. (*c*) Ipſe etiam, aëre quamvis libere emiſſo, ventrem durum, tenſum, et tumidum, comperi.

Brevi

(*a*) Chesneau obſ. med. lib. iii. obſer. 4. Med. Eſſ. Vol. VI.
(*b*) Cap. iii. p. 180. (*c*) Pring. Cap. vi. § 1.

Brevi poſt quam huc magnitudinis morbus pervenit, multa putredinis ſigna prodeunt: Lingua et dentes, ſi non ante, nunc areſcere, nigreſcere, ſordeſcere, et in rimas quaſi fatiſcere, ſpiritus peſſime olere, vaporeſque a miſero undique ſummiſſi perniciei eſſe, apparent. Ad haec petechiales, peſſima nota, maculae ſummo corpore efflorescunt. Aliàs nigrae cum aphthis cruſtae os et fauces obſident.

Morte jam inteſtini incepta, foediſſima olfactu, jamque cadaver olentia, inſcio homine, alvo elabuntur. Totum robur perit, animi prorſus deprimuntur, omneſque vultus Hippocratici notae apparent, ſitis finitur, aegre devoratur, ac gutturis crepitus demum exauditur. Nullus jam amplius dolor ſentitur, extremi artus frigeſcunt, frigidique circa pectus et frontem ſudores oriuntur. Arteriae depreſſiores, celeriores, inaequales, et remittentes fiunt. Singultus, ſtupor, ac leve delirium, interdum tendinum ſubſultus, et convulſiones incidunt. Poſtremo, intolerabilia adſtantium naribus, tenuia, ſaniei naturam habentia, aſſidue per alvum effluunt: Atque ſic miſerrimus, prope omni motu, omni ſenſu prius perdito, infandis demum aerumnis morte liberatur.

Supra

SUPRA narrata hunc morbum, nisi ad salutem maturius inclinaverit, febre nunquam carere, eamque ab origine Dysenteriae usque adhaerere ostendunt. Dysenteriam, quando epidemica est, alii morbi acuti, eodem tempore, eodem coelo orti, saepe adeo comitantur, ut mixta, ideoque exploratu difficilis, illius natura videatur. Itaque multi graves viri SYDENHAMO assentientes, esse quasi ejusdem temporis, ejusdem coeli febrem in intestina conversam, crediderunt.

QUIN et mihi, Chirurgi munus in castris Britannicis bello proximo obeunti, atque in Lusitania officii causa versanti, eadem res explorata videbatur. Cujus rei historiam ad modo comprehensa testimonia adtexere haud erit alienum.

Ipsi scriptori quaedam observata.

COELUM aestivum, anno MDCCLXII, fere calidissimum et aridissimum erat, quod genus tempestatis usque ad medium Septembrem permansit. Nos vero post mensem Julium longa, ardua, et nocturna itinera, per medios rores densissimos, exercebant. Militibus malignius cibaria et commeatus suppetebant, cumque ad locum, ubi castra erant metienda, esset perventum, deficientibus tabernaculis, sub ardente sole procumbere necesse habebant.

bant. Quibus rebus fiebat, ut languefcerent, perdito colore ac vultu falutari pallefcerent, et refoluti habitûs etiam tum manifefta figna proderent. Prae caeteris vero ardores talia corpora in periculum morborum putridorum perducebant.

Jamque caufa occafionalis, quae hactenus fola defuerat, inftabat. Nam in faltu quodam, qui Villa Vellia dicitur, quindecimo Kal. Octob. milites fub divo fine tentoriis pernoctare coacti, et folis fuberibus ad Tagi fluminis ripas forte crefcentibus, a coeli inclementia tecti, per quatuordecim dies et noctes continuas, imbribus largis et frigoribus, ardores et ficcitatem excipientibus, objecti patuerunt. Antea perpauci vel Dyfenteriam, vel quemvis alium morbum acutum experti erant. Poft vero hoc tempus ad Martium ineuntem, anno poft Chriftum natum MDCCLXIII, nullo difcrimine tria putridorum morborum genera, febris putrida continua, febris biliofa remittens, et Dyfenteria, per caftra et hiberna faevierunt. Horum omnium figna, quae biduum vel triduum prima prodibant, ita prorfus fimilia inter fe erant, ut in quod trium morborum generum defitura effent, praedici non poffet. Communia vero haec figna levem naufeam, linguae albedinem, communem membrorum laffitudinem, cibi nullum defiderium, caput

caput quaſi vertigine circumactum, oculorum caliginem, moeſtum animum, poſtremo animae deficientis fere notabam initia.

Tandem arteriae crebriores ſed languidiores fiebant; qua nota, quaſi ſigno demum dato, qualis eſſet, morbus monſtrabat. Multos enim, ſolita tumeſcentis ventriculi regionis nota praeeunte, Dyſenteria ſubito invadebat, aliis lentius obrepebat. Alvus primo quoque tempore tenuia, bilioſa plurima fundebat, et mox, corporum roboribus multum minutis, anxietate afficiebat. Sitis ſolito minus urgebat.

Quod ſi harum dejectionum primo impetui, qui complures rapiebat, reſiſtere et ſupereſſe aegrotantes ſuſtinuerant, illas quae deinde ſecuta ſunt, eâdem naturâ erant, qua quaevis mala Dyſenteria eſſe conſuevit. Porro hunc morbum eâdem naturâ, qua febres putridae ac remittentes, fuiſſe, fidem faciunt; primum cauſae remotae ac occaſionales, utriſque communes; tum medicamenta, paucis Dyſenteriae propriis exceptis, in utraſque efficacia; poſtremo in hac Dyſenteria certae interdum remiſſiones atque oculi album in flavum mutatum. Quod conſtans fere in febre altera bilioſa remittente nota eſt.

Morbi finis varius.

Aetas morbi omnino incerta eſt, quippe qui paucos dies tam in ſalutem deſinere quam hominem jugulare; vel ad quadrageſimum diem, multoque etiam diutius durare, atque tum quoque mortem inferre, poſſit. Hoc vero conſtat, Dyſentericos raro protinus ad ſalutem redire; ſiquidem ea ventriculi et inteſtinorum imbecillitas quae ſolutam alvum faciat, et factam diu ſervet, fere ſemper relinquitur. Quo fit ut, in victu vitaeve conſuetudine culpâ admiſſâ, facile in morbum homo recidat. Quin et lienteriam aliquando eadem imbecillitas facit. Nec in femorum, crurum, pedumque aquam inter cutem, aut in hydropa graviorem morbi mutatio rara eſt. Quod ubi fit, ſi alvi profluvium non ex toto reprimitur, certe multum imminuitur. Atque hic fere morbi varius exitus eſt. Cujus utique effectus diuturni, et ſaepe vitae pares, reperiuntur. Imbecillitas enim inteſtinorum ſupra memorata, cum aliorum malorum periculum, tum diarrhoeae, ex leviſſimo quoque caſu, olim faciet. Inter alia, id frigoris ad corpus adſpirans quod ne tuſſim quidem excitare poteſt, tamen alvum cum moleſtia praecipitabit.

In inciſis cadaveribus obſervata.

Morbi affectiones et cadavera inciſa totum inteſtinorum tractum ſaepe affici, ſed Colon et Rectum ſemper et graviſſime, oſtendunt. Quod autem, ſcrutatis inteſtinis, cognoſci poſſit, obſervationibus

vationibus quibusdam accurati PRINGELII aliorumque in medium adlatis, paucis narrabo. Quinque cadavera quae ille primo aperuit, nigredinem cum putredine amplorum intestinorum, tunicasque eorundem, praesertim Recti imique Coli, crassiores, ei in conspectum dederunt. Tunica villosa, vel abrasa, vel in mucosum aliquid viridis coloris mutata, erat, vel atro sanguineo limo obducebatur. Uni ventriculus partim erat mortuus, tenuia vero intestina integra esse in plerisque videbantur. Accuratus DONALDUS MONROIUS Rectum inflammatum, partimque mortuum, iis quae incidit, reperit. Duobus ima Coli pars etiam inflammata, et maculis liventibus distincta, cernebatur; uni tenuia intestina ubique rubescebant et inflammabantur; alteri liventes mortuaeque maculae ventriculum distinguebant. FRASERIUS, apertis cadaveribus, Recti Colique partem interiorem prorsus morbosam offendit, parvulasque vesiculas putrida maleque olente liquore plenas, quarum plurimas aegrotans alvo paucis ante diebus dejecerat, deprehendit. CLEGHORNIUS similia animadvertit; praeterque haec, duros tumores cavum Colon passim arctantes, observavit. PRINGELIUS et BAKERUS, cadaveribus nuper incisis, quosdam tuberculos albidioris coloris, figurae subrotundae, altitudine pares, impares latitudine, pustulisque vario-

losis

loſis pravis conſimiles, niſi quod firmi nihilque cavi habere viderentur, conſpexerunt. Longâ Dyſenteriâ peremptorum inteſtina exulcerata, atque haec ulcera inteſtinorum amplorum tunicas roſiſſe, pluribus in locis ſunt reperta. Reliqua viſcera adeo varie, aliterque in aliis, affecta ſunt, ut nihil certius de iis dicere habeamus.

Cauſae antecedentes.

Hujus morbi cauſae antecedentes ad quatuor referendae mihi videntur, aëra calentem, humentem, inquinatum, et putrefacientem alimentorum naturam. De quibus ordine verba faciam.

Calor.

Dysenteriam ante aeſtatis initium, fineinque autumni, raro contingere, inter pleroſque conſtat. Unde certam quandam coeli conditionem homines illi patefacere, ſuſpicio eſt. Quam quidem conditionem calorem eſſe, graviſſimorum auctorum, qui de Dyſenteria ſcripſerunt, teſtimonia fidem faciunt. Qui quod Dyſenteria apud Ægyptios, Indos, et Arabes popularis ſit, hanc eandem ſane cauſam intulerunt. Hoffmannus (*a*) autem "mâli inquit moris Dyſenteriae ſolent graſſari, quando ingens muſcarum, erucarum, araneарum, et aliorum inſectorum," quippe quae calor maxime gignat, "copia in aëre obſervatur." (*b*) Idem, in provincia Veſtphalia, anno MDCLXXXIV,

(*a*) Cap. vii. viii. § 2. (*b*) Lib. ix. § 2.

MDCLXXXIV, post insolitos coeli cum ariditate ardores, Dysenteriam per populum grassatam esse; item, anno MDCCIXX, ob similem causam, per maximam Germaniae partem saeviisse, testatur. Eandem rem SENNERTUS, (*a*) anno MDCXXIV, usu venisse scribit. Eandem VINTRINGHAMIUS, annis MDCCXVII et MDCCIXX, EBORACI observavit.

EA igitur testimonia ad rem probandam satis sunt; cujus utique ratio paulo difficilior est. Haec mihi verisimillima videtur. Quoniam calori proprium est omnia corpora permanare, partes omnium laxare, majorique inter se intervallo disponere; idque cum in universis aliis rerum corporibus manifesto fit, nam, ut canit Poeta,

"*Permanat calor argentum penetraleque saxum,*
"*Quando utrumque manu retinentes pocula rite*
"*Sensimus infuso lympharum rore superne;*" (*b*)

tum corporibus in nostris facillimum factu est; certe omnes firmas nostri partes omnesque humores calor resolvere dicendus est. Sed haec ipsa resolutio putredini nos objicit, siquidem nihil nisi prius resolutum putrescere possit. Praeterea firma nostra sic resoluta minus valide in humores

(*a*) Lib. III. Pars ii. § 2. (*b*) Lucretius.

humores agunt. Quo fit ut hi porro diſſolvantur, magis quieſcant, atque ideo quoque proclivius in putredinem ruant. Porro humores noſtri non ſolum calore ſic putreſcunt, ſed acrem etiam aliam quandam naturam praeterea acquirunt, ut manifeſtum, tam in aliis ſecretionibus, quam in bilis, eſt. Quae acris natura non ſolum calori in ipſos et partes firmas agenti, ſed inſuper ingeſtis, parum a vitae viribus mutatis, propriamque naturam ſponte ſequentibus, deberi; ideoque Dyſenteriam facere poſſe, videtur.

Ejus vis ſubita.

Ardores, ſi diuturniores fuerunt, putridorum morborum fundamenta jacere nemo, opinor, dubitabit. Quorum tamen vim ad firma reſolvenda, humores rarefaciendos, ideoque corpora putrefacienda, aliquanto efficaciorem multoque celeriorem eſſe quam vulgo creditum eſt, ſequens res ſuſpicionem mihi fecit. Tranſductis in Luſitaniam copiis Britannicis, quae cohors primum in terram expoſita eſt, cum ea, menſe Julio, ardentiſſimi diei mediis fere horis iter duodecim millium paſſuum faceret, undecim viri ex illo agmine, jubaris, ut opinor, vi confecti, interierunt. Neque hoc ſolum iis male ceſſit; ſed et intra quatuordecim dierum ſpatium, amplius centum febribus cum inflammatione, mox in bilioſas remittentes converſis, ad noſocomia deportati ſunt.

Item

Item Dyſenteria hanc cohortem brevi poſt corripuit. Quem caſum ad ardorem et proficiſcendi fatigationem acceptum referendum eſſe, Craufordiani et Lambertiani milites, tali itineri non objecti, ſed omnes alias res cum illis pariter experti, atque ad menſem Septembrem uſque ſecundâ valetudine, paucis exceptis, uſi, ſatis ſuperque probant. Quod ſi putredo hunc caſum non intulit, quippe qui ſine humore parum effici poſſe videatur, nonne aëris illa vis, paullo ante memorata, rem ſatis explicabit?

Neque minus quam calor aëris quoque humor ad Dyſenteriam viam facit. Qui ſi cum illo utique conjunctus eſt, tum demum potentiſſime noſtra corpora putrefacit; idque, firma reſolvendo, et horum fibrarum robur minuendo, facit. Sic enim ſanguis tardatur, minus toto corpore ſecernitur atque excernitur; hinc gravitas atque imbecillitas omnibus membris percipitur. Itaque languor homini obrepit, ingeſta parum concocta in putredinem ruunt. Tandem ſanguis, caeterique humores corrupti, quoque putreſcunt. Humor.

Aera humidant non ſolum pluvia ac rores, verum etiam exhalationes atque vapores, a fluminibus, a madidis locis, a paludibus, variisque humi ſive arbuſculis, ſive arboribus ſuccreſcentibus, Aëra humidantia.

bus, ſubmiſſi. Quo fit, ut ii loci maxime ſint inſalubres, qui copiam harum rerum maximam ſuppeditant. Itaque vaſtae ſilvae omnium nocentiſſimae reperiuntur, ubi, praeter incommoda enumerata, aër concluſus ſtagnat. Quod ſi quis locus non in mediis his rebus, hunc morbum gignentibus, ſitus eſt, hujus tamen materiam e vicino tractu ipſi venti adferent; quae res noſtris colonis Americanis notiſſima eſt. Qui, quo latius regiones proprias, ſilvis exciſis, purgaverunt, eo ſe, cum aliis morbis, tum putridis, liberiores comperiunt.

Eundem inquinantia.

Praeter vero aëris humorem, alia ejuſdem quoque conditio nocet; ſiquidem variis is ſaepe oneratur noxis, ab animalium aut terra naſcentium impuritate pariter orientibus: Idque prae caeteris fit, quoties in anguſtum locum hominum multitudo concluditur. Itaque caſtra, naves, ſive longae ſive vectoriae, noſocomia et carceres, multiplicibus aëra ſordibus, putridis, acribus, ſemperque nocentibus, implent. Miſeri autem mortales, qui talem labem corporibus undique accipiunt, alii aliis morbis, plerique Dyſenteria, rapiuntur.

Pravus victus.

Supra oſtendimus, firma noſtrorum corporum reſoluta, inter alios effectus malos, id quod per cibum

cibum aut potionem assumptum est, parum concoquere: Quod si ad vim coquendi minutam aliena ingesta insuper accedunt, ut haec minus etiam coquantur, et in prava natura chylum mutentur, necesse est. Cum vero hic morbus putridus sit, ejusmodi victus, qui putridâ naturâ est, una cum aliis causis supra comprehensis, corporibus nostris putredinem objiciet: Neque enim, quae alimenta imbecillo ventriculo accipiuntur, adeo propriâ naturâ privantur, ut sanguine jam recepta non aliquantum ejusdem naturae retineant. Putredinem vero hujusmodi cibi faciunt, carnes salitae, quae nunquam putredine carent, eaedem, piscesve, imbui jam putridâ naturâ incipientes; et ex recentibus carnibus, eae in quibus hoc expeditissimum est, qualis est suilla, quae perspirationem insuper impedit(*a*), panis, vel ipse corruptus, vel e frugibus corruptis confectus; postremo, potui data aqua stagnans, vel palustris.

Causae occasionales.

Causae Dysenteriae occasionales plures esse; hujus utique omnes ad duas communes, perspirationem impeditam, et contagionem referri, queunt.

Perspiratio

Licet plures casus perspirationem impedire queant, aëris utique cum humore frigus ad id potentissimum est: Quamvis enim calor praecedens aliaque, de quibus supra relatum est, satis oppor-

C tunum

(*a*) Sanct. § iii. ap. 23.

tunum morbo corpus reddiderunt, tamen hic se prius non prodere consuevit, quam vel coelum pro prioribus ardoribus frigescens, vel imbres perspirationem impediverint. Id quod multis exemplis, prae caeteris post proelium Dettingense, PRINGELIUS illustrat(*a*): Hic enim cum, in loco ubi acies constiterat, eadem nocte milites discubuissent, et postea in locis pluviâ madescentibus castra posuissent, mox plurimi in Dysenteriam inciderunt. Idem per multos annos, VINTRINGAMIUS, praesertim anno MDCCXXVI, incidisse testatur. Idem etiam, ut supra memoratum est, in Villa Vellia factum. Porro flumina inundantia aëra humore onerant, ideoque sic humidatus aër Dysenteriae occasionem praebet. HOFFMANNUS(*b*), quantopere haec aegrotantium numerum, anno MDCCIXX, auxerint, commemorans, "in illis domibus," inquit, "quae proxime ad flumen sitae erant, majorem et crudeliorem exercebant tyrannidem."

HUIC ego in Lusitania simile vidi, cohorte nostra, mense Januario, anno MDCCLXIII, in oppido Tanco hibernante. Hoc mense imbres bis adeo auxerunt Tagum, ut dimidium oppidum ad secundam domuum contignationem inundaret; itaque dimidia quoque cohors in stagnante regione

(*a*) P. 20. Part. I. cap. 3. (*b*) § ii. cap. 7.

ne collocata, intra domos ſe neceſſario continuit. Quo facto, brevi poſt aegrotantium numerus dimidio major quam in altera oppidi parte fuit. Porro e Lochartii Gordonis, patricii juvenis, militibus, qui in editiore loco per domos ſiccas, exiguoque a Tago intervallo disjunctas, forte diſtributi erant, ne ſingularis quidem homo in Dyſenteriam incidit. Contra, per XL dies, quibus hoc in oppido fuimus, e centenis et quinquagenis, centeni noſtrae cohortis aegrotabant. Cujus rei haec mihi ratio videtur; frigore vel ad corpora hominum adſpirante, vel humore eadem attingente, non ſolum materia perſpirationis, ſed et maxima nocentium, acrium rerum copia, quae per ardores libere exierat, intus retinetur. Utraque corpore cohibita, et in inteſtinorum tractum conjecta, ibi ſub morbi forma ſecernitur. Anni tempus, ſicut et conſenſus qui inter ſummum corpus et inteſtina intercedit, item horum amplum ſpatium, ad haec potius quam aliò materiam morbi revocare poſſunt.

Huic morbo cum aliis omnibus putridis communis eſt contagio; illumque in corpora hominum aër vaporibus hujus repletus, inſinuat. Neque tamen horum vaporum virus tantum eſt, ut nullo diſcrimine omnes adgrediatur. Nam ſi hoc ita eſſet, nemo aegrotantibus ſive medens, ſive miniſtrans, Contagio.

fugere

fugere morbum poſſet. Concedendumque eſt in hoc morbo, pari modo, ac in multis aliis, ſive inflammationem, ſive putredinem, ſeu denique ipſam peſtem, habentibus, corpora hominum ita prius afficienda eſſe, ut morbum accipere poſſint. Sic e pluribus, qui frigore pari ſunt accepti, alios in febres, alios in laterum dolores, alios in rheumatiſmos, et ſimilia mala, incidere, alios omni periculo vacare, quotidie videmus. Multi variolarum, nonnulli peſtis violentiae, reſiſtere valent. Sic mihi quoque, vapores dyſentericos aliis nihil nocuiſſe, alios febre cum Dyſenteria affeciſſe, exploratum eſt.

Neque hoc meum dictum gravioribus caret auctoribus. Siquidem in illa Dyſenteriae ſpecie, quae Neomagi, anno MDCCXXXVI, ea cum ſaevitia graſſata eſt, quae veneno arſenico comparata ſit, Degnerus idem fateri cogitur; cujus haec ſunt verba: "Unum etiam ſubjectum, "prae altero, ad hunc vel illum morbi fomitem, "diſpoſitum eſt(*a*)." Rurſus etiam Sennertus, "Non omnis," inquit, "peſtis omnibus anima-"libus, contagioſa eſt, non omnes eodem modo "laedi videmus(*b*)."

Porro cauſae antecedentes, de quibus meminimus, ſcilicet calor, humor, et victus pravus, corpora

(*a*) Pag. 34. § xxix. (*b*) Lib. IV. cap. iii. p. 802.

pora noſtra putrefaciendo, reſolvendo, atque ita hujuſmodi morbis opportuniora reddendo, idem argumentum probant. Probant inſuper, tot hominum beatius mundiuſque in pace domi viventium, atque ſic Dyſenteriam ideo magis fugientium, exempla. Poſtremo, ſummum ad idem hoc argumentum pondus adfert, eorum, qui militibus praeſunt, integritas: Hi enim, licet medii aegrotantibus ſine metu liberius verſentur, contagionem tamen omnem plerumque effugiunt; quia nempe calorem et humorem vitandi copia iis magis permittitur; et ſi quando iiſdem objiciuntur, talem utique victum, qualis vel incipienti labi quodammodo occurrat, vel jam inceptam corrigat, ſibi parare ſolent. Quoties autem penes eos hoc non eſt, pariter in morbum ac gregarii milites incidunt.

Itaque in Luſitania, ubi aegrotos quotidie in noſocomiis viſitabant, ſed ſalubriter victitabant, ne unus quidem in morbum eſt implicitus. Contra, apud Indos occidentales, carnium ſalitarum uſus, et alia hujuſmodi incommoda, plurimos in Dyſenteriam conjecerunt.

Contagionem prae caeteris, vel multitudo in eodem loco aegrotantium, vel cubicula nimis exigua, et minus perflata, fovent. Hujuſmodi enim

nim locorum aër, putridis vaporibus, a ſpiritu, a perſpiratione, atque ab alvo ſummiſſis, corrumpitur. Haec autem ab omnibus contagioſâ eſſe naturâ conceditur. Hinc veſtis ſtragula, totuſque lectus inficitur. Cum igitur hanc aër contagionem perferat, tot homines in hunc implicari morbum, ex hac magis quam ulla alia cauſa, non eſt mirandum: Quippe quae, per corporis ſummi undique foramina, per pulmones, per oeſophagum, perque anum, morbum inſinuare poſſit. Quibusquibus vero viis haec noxa corpore recipiatur, Dyſenteriam ſemper facit. Cujus rei rationem ſcientiâ parum comprehendo; nam, ut qua ratione materiam variolarum et morbillorum propriam ad cutem natura trahat, ita quomodo ad inteſtina Dyſenteriae ſemina applicet, incomprehenſibile nobis videtur.

Cauſa proxima.

Causis antecedentibus et occaſionalibus expoſitis, proxima deinde tentanda eſt: Hanc vero, in acribus ſecretionibus, prae caeteris, bilis, ad inteſtina delatis, conſiſtere veriſimile eſt. Quam acrem naturam quoque putridam eſſe, tam antecedentium cauſarum effectus, quam ipſius morbi affectiones, ſuſpicionem faciunt. Quare vero humores inteſtina praecipue petant, ratio jam ante reddita eſt. Quocirca ſolum hic porro dicendum eſt, ſecretiones morbum facientes, ſimul ac eſſe

coeperunt,

coeperunt, inteſtinorum nervos irritare, ideoque illorum tunicas ſpaſmis afficere; ſpaſmum autem etiam plus humorum ſecernere; hos inteſtinis cavis receptos aliquid fermentationis capere; atque ita putridiorem acrioremve naturam magis magisque omnia demum acquirere; quae opinio plurimos et praecipuos morbi affectus explicabiles reddit. Ampla autem inteſtina, atque ex his Coli extremum, Rectumque, prae caeteris eo laborant, quod acris cauſa illic diutiſſime ſubſiſtit, et vehementiſſime ſaevit.

De morbi eventu tripliciter, pro hominum natura, pro cauſarum antecedentium ratione, poſtremo pro affectuum gravitate aut levitate, judicandum eſt. Itaque mollities et imbecillitas, quam firmitas et robur, tenera quam firmata aetas, magis periclitantur. Minor igitur de infantibus, pueris, mulieribus, ſenibuſque, quam de puberibus, juvenibus et viris, ſpes eſt; minor quoque, prout horum ipſorum quiſque imbecilliore corpore fuerit, quam ſi robore et corporis vi valuerit. Quis morbi finis futurus.

Tum quibus, vel frequens jam ante, vel recens, adverſa valetudo fuit, ii ad funeſtiorem finem perduci, quam ſecunda valetudine uſi, aut integri in hunc morbum impliciti, conſuerunt. Igitur ſcorbutici, tabidi, malove venereo afflicti, gravidaeque

que mulieres, in Dyfenteriam incidentes, fummo haud carent periculo. Eadem acuto morbo fuccedens, mala eft ; longum excipiens, exitium certum trahit.

Quod vero ad figna attinet, primum quae fpei aliquid, dein quae perniciem oftendunt, morbi quodam ordine fervato, attingam. Si igitur primas excretiones levaminis quid fecutum eft, falus fignificatur. Stercus non male olens, fitis, et alia febrilia non magna, citoque definentia, animi magnitudo, et fomnus placidus, falutem haud dubiam promittunt. Eandem tenefmus, et tormina remittentia, praenunciant. Huxhamus(*a*), " fudores mediocres, aut aequaliter diffufos, uri- " namve fedimentum largum deponentem, faepe " prodeffe," auctor eft. Neque vero, circa initia fingultus metuendus, quippe quem vel concoctio prava, vel lumbrici inteftinorum tunicas rodentes, fecerint. Contra, ventriculi turbae, hoc purgato, non folutae, febris ab ipfo initio gravis, magnus vifcerum dolor, alvus frequens, et variorum colorum, aut mali odoris, anxietas, cibi faftidium, fitis ingens, malam morbi naturam mature indicant ; quoque magis fanguinea urina, atrive magis coloris eft, eo pejor. Inflammatio major minorve habenda eft, prout magis aut minus omnia intus ardeant, extrinfecus frigefcant, prout anus

(*a*) De aëre, lib. ii.

nus magis minusve procidat, difficiliusque aut facilius urina reddatur, ideoque et partis laborantis perniciei par erit periculum. Procedente morbo post sanguinis sinceri copiam profusam, extrema frigescentia nihil boni denotant. Post vero haec lingua arescens, et in rimas quasi fatiscens, aut coloris cinerei, lividive, prava nota est; eoque magis, si fauces etiam arescunt; siquidem hoc mox aphthas futuras, nunquam non lethales, praenunciat. Denique omnia intestinorum partem aliquam mortuam significantia, mortem minitantur. Postremo convulsiones, singultus, mensque alienata, ad extremum perventum esse, declarant. Ad memorata adtexendum videtur, omnem Dysenteriam quam febris putrida, qualisve in nosocomiis, carceribusque, incidere solet, quaeve nigras summo corpore maculas emisit, comitatur, aut in qua febris ante levata iterum recrudescit, fore pernicialem.

PARTIBUS curationis mox tradendis, quaedam ad totius morbi cursum regendum, et curationem expediendam, pertinentia, visum est praeponere. Cum primum igitur Dysenteria aliquem cepit, eum in cubiculo amplo, perflato, omni humore carente, locari oportet. Tantum vero ignis servari assidue debet, quantum ad vapores humidos ab aegrotante usque orientes, temperandos, non Curatio.

etiam ad calorem faciendum, ſufficiat. Media enim huic morbo aëris temperie opus eſt. In noſocomiis vero quam pauciſſimi aegrotantes in unum locum conferendi, interdiuque feneſtrae, quo liberius aër intus adſpiret, apertae habendae ſunt. Tum cubicula aceto et herbis aromaticis ſpargenda, atque ſubinde myrrhâ cum thure ibidem adolenda, judico. Hominem et aegrotare incipientem, et per omnia deinde morbi tempora calidâ aquâ totum lavari, vel in balneum totum, ſi vires ſinant, demitti, ſaltem extremos artus frequentiſſime, convenit. Cito enim ſordeſcunt hoc morbo affecti, et cum ſibi, tum adſtantibus, faſtidium movent. Denique eaedem ſordes liberam perſpirationem impediunt. Quam ob cauſam, induſia et linteae lecti veſtes ſaepe mutandae. In noſocomiis lecti in alios atque in alios deinde locos motitandi ſunt. Qua ratione aër immundus, et reliquae ſordes circa lectum volitantes, magna ex parte vitabuntur; ſemperque quam primum quae alvo ſunt reddita, ſepelienda ſunt. Poſtremo, nullum genus carnis homini, niſi ad ſalutem prope jam reducto, in cibum permittendum eſt.

In hac Dyſenteriae ſpecie quam tractandam putavi, hujuſmodi mihi curatio placet;

PRIMUM, ut inflammationi occurratur, acribus rebus inteſtinorum tractu dejectis, aut correctis; dein febris tollatur, humoribus ad ſummum corpus derivatis; tum quae graviſſima ſunt, et maxime urgent, ea leniantur; poſtremo, alvus reprimatur, et viſcerum robur reſtituatur. Curandi communia conſilia.

SIQUIDEM hoc morbo incipiente, humorum acrium, et juſto auctior, copia ad inteſtina defertur, ideo inflammationem brevi ſequuturam pro certo habendum. Primum.

CUI igitur futurae occurrere, vel factae reſiſtere, prima medentis cura eſſe debet. Sed hoc nulla ratione perfici magis poteſt, quam primo quoque tempore tales noxas primis viis ejiciendo. Igitur ante omnia nauſea et aliae moleſtiae, vomendi neceſſitatem indicant. Sola autem reſtat difficultas, quae ſit natura medicinae dandae, quove modo dari eam conveniat.

VITRUM ceratum antimonii diu, et pro emetico potente, et pro remedio proprio, celebratum eſt. Cui omiſſo, ſive ob iniquiorem hominum exiſtimationem, ſeu ob violentam ejus actionem, ipecacuana ſucceſſit, et inter omnes medicos recepta eſt. Quae ipſa, quia tardam et ſaepe incertam ejus actionem medici judicaverunt, Vomitum movendo.

nuper

nuper quoque posita est, rursusque aliud ex antimonio paratum, scilicet tartarum emeticum, vel solum, vel adjecta ipecacuana, dandum, in usum revocatum est. Itaque BAKERO (*a*), inter ea medicamenta, quae vomitus causâ adhibentur, tartarum emeticum aquâ dilutum plurimâ praestantissimum longe visum est. Ejusdem grana sena simul TISSOTUS (*b*) dedit. Ego vero nostro proposito maxime respondere medicinam, a doctissimo HUCKIO (*c*) medico inculcatam, judico. Is quaterna vel quina ipecacuanae grana, singulis tartari emetici additis, dari, nec ullâ aquâ tepidâ haustâ, sed medicinâ solâ per se agente, inter binas horas iterum tantundem addi, et aquâ, in qua chamaemelum solutum est, ventriculum aegrotantis ablui, jussit; et hanc esse optimam primas vias purgandi rationem testatur. Eandem emetici dandi rationem ELLERUS (*d*) secutus, tantummodo in hoc dissensit; quod tartarum emeticum ipecacuanae additum, nisi robustis hominibus, non ingessit. Hic pulveris ipecacuanae drachmas singulas, tartari emetici granis quaternis adjicere, exiguisque portionibus, bis, ter quaterve die, donec vomitus moveretur, dare consuevit.

JAM

(*a*) De Dysenteria, p. 26. (*b*) P. 278. (*c*) PRING. p. 275.
(*d*) De cognoscendis et curandis morbis, § 13.

JAM vero, cum homo vomere desierit, magnam diluentium et viscosorum liquorum copiam bibere debet; cujusmodi est aqua in qua oriza, vel hordeum decoctum, et tragacanthae paululum sit solutum: Nec emulsio arabica, mucilaginis et olei naturam habens, minus respondebit. Diluentia dando.

POSTERO autem mane, vel etiam maturius, prementibus affectibus, intestinis acria et putrida, durumve stercus, dejici oportet. Ad hoc vero alvum purgantia adeo efficacia sunt, ut ea sola saepe Dysenteriam sustulerint. YOUNGIUS (*a*) plerasque Dysenterias, quae sibi curandae contigerant, leniter at assidue alvum moventibus cedere compertum habuit. Ea mihi quoque, incipiente morbo, anteponenda videntur, quae et lenius agunt, et potenter alvum fundunt; hujuscemodi sunt jalapii grana vicena et quina, nitri vicena, vel salis Glauberiani, mannaeque, singulorum unciae singulae, commixtae. Nonnulli rhabarbarum, vel integrum, vel cum calomelane conjunctum, ad actionem ejus acuendam, et tormina prohibenda, malunt; alii illius tincturam anteferunt. Quod utique nunc ubique, nec, ut opinor, immerito, omittitur. Certe ego viro gravi BAKERO, " vel " effectum ejus levissimum, aut plane nullum esse, " vel non nisi tardiuscule et impotenter, et fere Alvum purgando.

" cum

(*a*) On opium, pag. 28. and 29.

"cum augmento torminum, agere, atque in-"flationis officio fungi," dictitanti assentio. Verum utrumcumque horum medicamentorum dandum fuerit visum, post actionem ejus, opiata, ad hominem reficiendum, et intestinorum irritationem consopiendam, dari quoque conveniet. Porro quoniam, circa morbi initia, purgantibus potissimum fidendum est, hoc in loco ipecacuanae exiguum subinde datum, quod et morbi materiam corpore expellit, febremque putridam, tormina et tenesmum minuit, non est praetereundum. Idem etiam sudorem, utilissimam in Dysenteria rem, movet, de qua re suo postmodo loco dicetur.

Diluentia et mucilaginosa dando.

Interea loci, ut vomitu peracto, ita alvi quoque purgatione absolutâ, materia acris diluentium, mucilaginosorum et viscosorum liquorum, usu corrigenda est. Horum autem exiguum simul aliquid, sed saepius dandum; atque eadem, quae supra, hic quoque convenient. Provecto morbo, ex cera parata ex usu homini esse possunt. Hujusmodi sunt sequentia in Septentrionali America a Huckio(a) medico adhibita. Ille cerae flavae rasae drachmam et dimidiam, saponis Hispanici, duri, rasi, scrupulum unum, aquae fontanae drachmam unam, leni igne liquefecit, assidue agitando donec in unum coiret, deinde in mortarium lapideum

(a) Pringle's obser. on the diseases of the army, p. 283.

deum effudit, ſenſim admiſcendo aquae fontanae uncias ſeptem, aquae in qua nux moſchata ſoluta eſt unciam unam, ut emulſio fieret; quo facto, partes ita ſubinde hauriri, ut totum medicamentum, unius diei ſpatio, conſumeretur, voluit.

Ciboſque ejuſdem naturae dando.

Cibi hominis ejuſdem naturae eſſe debent ac potiones, ſcilicet oriza, hordeum, aqua in qua hordeum decoctum eſt, vel, quod meâ ſententiâ etiam potius eſt, ſalep hac ratione paratum; ſalep drachmae binae, ſacchari unciae dimidiae ſumantur, et aquae ferventis dimidiis libris adjectis, agitentur, dum in craſſius mucilaginoſum aliquid coëant, quibus deinde vini albi cyathi dimidii addantur. Hoc ſatis alens, et ventriculo ſatis leve eſt, et toties dari debet, quoties homo deſideret. Ad acrem humorum in Colo et Recto naturam minuendam, ea quae oleoſa et mucilaginoſa ſunt, per alvum ſaepius immitti debent.

Sanguinem detrahendo.

Inflammationi quoque, ut in aliis, ita in hoc morbo, reſiſtit ſanguinis detractio. Neque tamen haec perpetua eſt; nam ſi ad malum, ſuâ naturâ putridum, hominis imbecillitas accedat, parcius ſanguis, interdum non omnino, mittenda eſt; eoque magis, quo citius vires labefactari ſolent. Contra, ſi florens aetate et robore ac pleniore corpore quis afficitur, ſi febriles affectiones ingraveſcunt,

vescunt, arteriae vehementes et frequentes sunt, calor et sitis premunt, si denique certo intestinorum loco dolor sedet, et tormina crebra torquent; semper vena secanda est, ac potius saepius quam multum simul sanguinis eliciendum: Atque haec observatio eo magis est necessaria, quod, si nimium perierit, lababunt vires aegrotantis; si parum, et id ipsum profuerit, ad idem iterum aditus erit auxilium. Item observandum est, medicum a sanguine iterum mittendo, licet nullum inflammationis indicium se ostenderit, non esse deterrendum. Ipse enim sanguinis exiguum detractum plurimum prodesse comperi.

Alterum. ALTERUM fuisse medendi consilium dixi, ut febris minueretur. Qua vero ratione id sit tentandum haud obscurum est; siquidem inter omnes medicos, quamdiu sicca cutis est, neque febrem, neque reliquas turbas decedere; contraque, cum primum aliquis sudare coeperit, febrem protinus minui, tormina paulatim leniri, postremo alvum pauciora et rarius reddere, convenit. Cujus rei ratio in promptu est; humores enim morbum alentes, sic ab intestinis laborantibus ad summum corpus paulatim dissipantur.

Sudorem movendo. QUOCIRCA, simul ac primae viae purgatae fuerint, ut sudor moveatur, et perspiratio expe-

diatur,

diatur, omni ope nitendum eſt. Quod facientium, medicamentorum magna ſane copia eſt. Quorum tamen ea, quae maxime uſu celebrantur, ſola memorabo. Ipecacuanae id datum, quod levem nauſeam moveat, utiliſſima fere exiſtimata eſt. Sudorem enim movet, ſpaſmos ſolvit, leniter alvum purgat, ideoque plurimum ad ſalutem confert. Clarus AKENSIDIUS(*a*), "efficacia ipe-"cacuanae," inquit, "e duabus facultatibus pen-"dere videtur; primo nempe, quod alvum ſolu-"tiorem reddat, atque ita humorem, quo mor-"bus paſcebatur, et quo continetur, e corpore "expellat; ſecundo vero, quod inteſtinorum "tunicas relaxet, atque torminum violentiam "infringat. Unde doloris maxima pars detrahitur, "et adeo tolerabilis fit morbus, ut plerumque, "ſine magna moleſtia, aeger expectorare poſſit, "dum materiam morbidam dejectiones e cor-"pore penitus egeſſerint." Verum cum vim ipecacuanae purgantem, ſudorem movens, vis imminuat, et nihil ab hac, quod non a leniter purgantibus, commodi oriatur, eamque plerique homines ob nauſeam excitatam faſtidiant; ergo, ut et nauſea dematur, et ſudorem movens, ſpaſmoſque tollens, proprietas augeatur, cum illa opium conjunctum velim. Hujus medicinae, qualis eſt pulvis Doverianus, grana dena uſque ad ſcrupulos ſingulos

(*a*) Cap. iv. p. 27.

gulos, poſt quaternas vel quinas quaſque horas ſumpta, atque mixturae ſalinae uncias quaternas, poſt ſingulas has portiones epotas, ſudorem elicuiſſe, putredini reſtitiſſe, ſitim reſtinxiſſe, laborantibus grata fuiſſe, et mirum in modum multis profuiſſe, animadverti. Porro eodem, quo ipecacuana, conſilio, antimonialia ſunt adhibita, ſcilicet, vitrum ceratum antimonii. Quae utique in hac quoque re ſuam famam perdidere, neque iterum prius recuperavere, quam uſus et teſtimonia complurium medicorum inſignium, tartarum emeticum ipecacuanâ multo eſſe efficacius, nuper oſtenderunt. Idem palato gratius nauſeam minus movet, opioque conjuncto, ſpaſmis obſtat. Hujus proprietatem adſtringentem virtus tartari emetici ſudorifica ſolvit. Item camphora cum nitro ſudorem optime excitant, putredini adverſantur; praeterque haec, illa etiam corporis motus vim ſedandi poſſidet. Utrumque igitur, in hac parte curationis, utile erit auxilium. Camphorae grana quinque ad decem, nitri decem ad viginti, quarta vel quinta quaque hora, accipi convenit; vel, pro nitro, theriacae Londinenſis drachmam dimidiam, camphorae grana quinque, ſyrupi diacodii, quantum ad bolum efformandum ſufficiat, ter in die ſumi licebit.

Putredini reſiſtendo.

Si ſumma putredo non eſt, ea medicamenta febrem et caeteras turbas ſublatura, veriſimile eſt.

Verum

Verum ſi febris permanſit, et putredinis, cujuſmodi ſunt dentium et linguae nigredo, ac ſpiritus male olens, ſigna tandem prodidit; omnis futuri ſpes in cortice Peruviano, ſerpentariae Virginianae radice adjecta, decoctis, conſiſtit. Haec medicina duobus nominibus ſaluti eſt: Namque vis ejus antiſeptica putredinem, quae febrem alit, aphthas, petechias, noviſſimeque inteſtinorum mortem infert, ulterius procedere prohibet. Porro, proprietas ſerpentariae radicis ſudorem movendi, humores morbum continentes ad ſummum corpus diſſipat. Potui lemonada detur; quae, ſi frequentius alvum dejecerit, ea quae elixir vitrioli acida reddidit, perpotentur. Quin et opiatum, ſi inquietus homo eſt, unaquaque nocte ingeratur; ſiquidem nihil ſudationem opio magis fovet. Huic conſilio pilulae ſaponaceae reſpondebunt; vel pro his aquae menthae unciae duae, elixir paregorici drachmae quatuor, vini emetici drachma una, ſyrupi ſacchari uncia dimidia, miſceantur, et horâ ſomni ſumantur. Haec fere medicamenta, in hac curationis parte, vulgo adhibentur: Jamque ad tertiam tranſeundum eſt.

Quae maxime ſaeviunt, tormina, Coli Rectique imi irritatio, teneſmus, loci laborantis mortis periculum, ventriculi morſus, vomendi deſiderium, aphthae et robur confectum, jam mollienda Tertium.

da et componenda ſunt. Horum omnium, tormina et teneſmus praecipuam medentis curam vendicant. Atque haec, niſi gravior morbus fuerit, ſupra praeceptis medicamentis ceſſiſſe, exiſtimo. Quibus parum reſpondentibus, ad opium vulgò confugitur. Quod ego, quamdiu febris permanet, niſi urgente neceſſitate, nulla alia ratione intus dandum, quam ſupra dictum eſt, judico. Ut igitur a torminibus incipiam: Ea ſi ſaeviunt, alvum purgantia, calida, mollientia fomenta, purgantia leni naturâ, ſaepius dari, convenit. Si haec nihil profuerint, et dolores immoti maneant, veſicatorium vel emplaſtrum commune, epiſpaſtici quarta parte adjecta, parti dolenti ſuperimponi PRINGELIUS voluit(*a*). Imi Coli Rectique irritationem prae caeteris mulcent, adeoque teneſmum levant anodyna mollientia per alvum immiſſa. Hujuſmodi ſunt liquores in quibus althaea, lini ſemina, amylum, oleumve, decocta ſunt, ad quae, ſi res urgent, laudani tantum, quantum ad ſomnum conciliandum ſufficiat, debet accedere. Quod ſi, his omnibus remediis fruſtra datis, Rectum ad mortem tendere, omnium malorum creſcens violentia ſuſpicionem fecit, lotionibus putredini reſiſtentibus alvus ducenda eſt. Cui rei aptiſſima eſt aqua, in qua cortex Peruvianus, quercinus, radixve tormentillae, decocta, et aliquot

(*a*) Diſeaſes of the army, p. 282.

quot opii grana ſoluta ſunt; ſaepiuſque his omnibus, praeſertim ſi nihil extractum eſt, alvus tentanda eſt. Praeterea, cum murmura, ſicut et dolores ventris, ab aëris intus contenti copia, ſaepe oriantur, hoc expulſo, utraque levabuntur. Id quod chamaemelum, centaurium minus, infuſa praeſtant. Ventriculi morſum, julepum e creta lenit. Vomendi, cum oris ingrato ſapore, deſiderium, indicat medicinam quae lenem vomitum moveat, quolibet morbi tempore ſubinde eſſe dandam. Poſtremo, aphthae, fractumque robur, corticis Peruviani, aliorumque medicamentorum adſtringentium, quale electuarium e ſcordio eſt, ſicut et calide roborantium, qualis eſt confectio cardiaca, uſum ſibi vendicant. Jamque potiones omnes auſtero vino adſtringente, ad labans robur ſuſtentandum, miſcendae ſunt.

Poſtremum fit, adſtringendo, roborando et lubrifaciendo.

Quorum vero natura, cum auxiliis hactenus praeceptis, Dyſenteriae propria pericula ſuperaverit, iis tamen ad ſalutem nondum reductis, et minus ſecunda valetudine diu ſaepe uſuris, altera curatione opus eſt; ad quam deinde tranſimus. Febri, et aliis Dyſenteriae affectionibus, jam ſublatis, plerumque fuſa alvus, ſaepe teneſmus ſuperſtes eſt. Quam utramque moleſtiam, ſolutus inteſtinorum habitus, et mucus, quo a rebus irritantibus

tantibus tegi ſolent, deficiens, fecerunt. Quocirca adſtringentibus, roborantibus, et lubrifacientibus, per victum et medicinam, opus erit.

Illo contentus ſit is, cui modice magis alvus reſoluta eſt, quemque teneſmus nullus exercet. Ea igitur quae, et levis, et alente naturâ ſunt, cujuſmodi ſunt ſago, ſalep, oriza, lac, puls cum recente butyro, juſculum ſive pullinum ſive ovinum, ova ita cocta ut lenta ſint et gelatina, ſumi licebit. Vel haec Pringelii (*a*), "recentis ſeri uncias binas, lactis quoque recentis "libras totidem, leni igni ſuperimponi, et ad "fervorem agitari, hiſque deinde amyli ſubtiliter "contriti cochleare additum miſceri," praecipientis, etiam melius, ſi nullo alio cibo homo veſcitur, reſpondebunt.

Quod ſi crebrius et moleſtius funditur alvus, ſi teneſmi aliquid permanet, neque omnia febris ex toto deceſſerunt, homine ſupra, perque ſudorem, infraque, ad dura ſtercoris fruſtula dejicienda, prius purgato; mox medicamenta, de quibus ſupra relatum eſt, dandi tempus erit. Ex adſtringentium genere ſimaroubae radix, vel pilularum ſub forma, vel decocta, multum laudatur. Quin et lignum Campechenſe ſive decocti ſive extracti formâ paratum, per inviſcantem

(*a*) Diſeaſes of the army, p. 288.

invifcantem aeque ac adftringentem proprietatem, multum prodeffe dicitur. Si haec medicamenta alvum parum repreflerint, electuarium e fcordio cum opio, ter quaterve interdiu; fub noctem vero, pilulas faponaceas a granis quatuor ad octo, in eorum locum fuffici licebit. Porro, electuarium e cortice Coneffi, cum fyrupo aurantiorum paratum, illuftris MONROIUS pater, cuidam, tres jam menfes pertinace Dyfenteria laboranti, cum omnia fruftra effent tentata, feliciter inculcavit. Ita vero illud agit, ut primo die, et plura et copiofiora, torminibus non excitatis, alvo dejiciat; fecundo, falutarem magis colorem dejectis reddat; tertio, quartove, ftercoris naturalis craffitiei fimiliora eadem efficiat (*a*). Quin etiam cortex Eleutheriae aut Cafcarillae, etiam maturo Dyfenteriae tempore, plurimum profuiffe compertus eft (*b*). Hunc academici Galli, in Dyfenteria per populum anno MDCCIXX vagante, et ipecacuanâ fruftra curatâ, mirum attuliffe auxilium, fcriptis prodiderunt. Pro roborante, et cibi defiderium excitante, habebatur. Quae quidem teftimonia, utrumque hunc corticem a noftro propofito non effe alienum, declarant. Tormentillae radicem, et corticem quercinum, ore acceptum, pro adftringentibus SENNERTUS commendavit (*c*).

BAGLIVIUS,

(*a*) Medical Effays, vol. III. art. iv. p. 30.

(*b*) JUNCKER. Confpect. Med. p. 361.

(*c*) P. 457.

Baglivius, lactis bovini ſerum ore acceptum, et in alvum immiſſum, multos ad ſecundam valetudinem reduxiſſe, auctor eſt. Si alvi fuſae cauſa inteſtinorum ulcera fuerunt, electuarium e balſamo Locatelli oviquc vitello, cum aqua calcis et lacte, potui datum maxime erit idoneum. Si haec ulcera Rectum obſident, vulneraria quae dicuntur, et detergentia, in alvum recte immittuntur. Poſtremo, ad ſalutem firmandam, et robur reſtituendum, corticis Peruviani toties tantaque copia data, quoties quantamque ventriculus ferre potuerit, apprime utilis erit: Lacteo victu uti, aëra purum ſpirare, exercerique homo debebit.

FINIS.